



~~2/1~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-2

SIGNAT. MDCCCXIII.



NENIÆ SEPULCHRALES

QVIBUS

VIRUM

MAGNIFICUM ATQVE EXCELLENTISSIMUM,

DOMINUM

CASPAREM ZIE-

GLERUM,

JURIS CONSULTUM

CELEBERRIMUM,

SERENISSIMI ELECTORIS

SAXONIÆ IN SUPREMO APPELLA-

TIONUM JUDICIO, CONSILIARIUM,

DECRETALIUM P.P., CURIÆ ELECTO-

RALIS, CONSISTORII ECCLESIASTICI

NEC NON SCABINATUS ASSESSOREM,

ATQVE FACULTATIS JURIDI-

CÆ ORDINARIUM LONGE

MERITISSIMUM.

AD DIEM XXI. APRIL. M. DC. XC.

IN TEMPLO ARCIS

SOLENNI EXEQVIARUM CULTU

HUMATUM

PROSEQVUNTUR

COLLEGÆ, FAUTORES,

ET AMICI



WITTENBERGÆ,

Prælo excudebat Matthæus Henckelius, Acad. Typogr.

factorum con-
ionem habuit
ihil potius du-
s ad amœnio-
uris arte con-
us semper &
utis ad extre-
mqve non ad
bilitatem ge-
res, alias post
GVILELMI
ereptâ, M. A.
. ANDREÆ
m, ex qua u-
m adhuc te-
tari: postre-
AM, quæ ca-
e liberavit,
nariti curas
dictissima, sed
s vitæ vicissi-
ontumeliam
onemque tu-
& stipem pe-
igione serva-
ous capiendis
olitus, quàm
perveniente-
m interit, ex
r Medici, e-
m Archiaten-
igitur de hu-
clum sustulit,
dicit M. FA-
mum pietas
erito VIRQ.
e officium
frequentiss-
urgentiis



IN NOMINE DOMINI
 AMEN
 CASPARIEM
 GIBERUM
 JURISCONSULTUM
 RECTORIS
 UNIVERSITATIS
 MAGISTRUM
 DOCTORUM
 CONSISTORII
 AUSTRIACAE
 CAESARIS
 AD DIEM XXI APRILIS MDCCXC
 IN TEMPORIS
 SOLI INFECTIONE
 MATUM
 PROSOQUUNTUR
 COLLEGAE, FAULTORES
 ET AMICI

 Et alio excubant

Vitae
 C
 Cast
 C
 Scilic
 Pro
 Hinc
 Ex
 Ergo

 M

 A H w
 Ho
 illi, gipol
 Tech
 Hec PR
 Nec
 THEOLO
 Etta
 MAGNI
 Cog
 Ah Wite
 Ad
 Hic Tibi
 Pha
 Ergo Tti
 Tem
 Nos Opus
 Sit





Sancte, Pater, sancti Juris Vene-
rande Sacerdos.
Sol Themidos justæ, quò tua
fata vocant?

Vitæ pertæsus, respondes, atque dolorum
Cum desiderio regna petita peto;
Castra suprema Dei quoties mea vota fuere?
Cum licuit Cordis commeminisse mei,
Scilicet ILLUSTRIS JACOBI, grata Jehovahæ
Proles, ad Cœlum me sine fine vocat.
Hinc abeo, nam mors est vera salutis origo.
Exilii finis lætitiæque modus.
Ergo fremat Libitina, premat Clotho,
tremat orbis,
Mens oblita soli tendit ad astra Poli.

JO. GOTHOF. BERGER, D.
Academ. h. t. RECTOR.

AH *Witeberga* dole! premeris nunc *extus*, & *intus*,
Hostes dira volunt! *Mors* & ab *intus* adest.
Illi, si possent, vellent *deserta* videre
Tecta Scholæ nostræ! Dat SCUTA CELSA DEUS!
Hæc PROCERES tollit, MERITOSq; VIROS extingvit!
Nectamen *His Similes* Terra *Noverca* parit.
THEOLOGOS *lugemus* adhuc JURISq; PERITOS,
Et tamen, O *Fatum*! *Mors* furit ense malo.
MAGNUS ZIEGLERUS nunc *ultima fata* subire
Cogitur in *Mundo*! Sed capit *Huncce* DEUS!
Ah *Witeberga* dole tua *Fata* modo *intus*, & *extus*!
Ad *Cæli* Dominum *deser* amara *prece*!
Hic Tibi *prospiciet* de *Cælo*! *Pharmaca* certa
Pharmaca sunt *Cæli*, quæ dare *JOVA* solèt.
Ergo *Triumphemus* cum CHRISTO, VINDICE nostro,
Tempore Paschali! *MORS*, ut & *HOSTIS* abest.
Nos Opus, in *Domino*, *Domini* faciemus ad usq;
Sit *Nostri* semper *cura*, vel *arca* DEUS!

A 2

CURA

Cura fit in Vitâ, post hæc sit & arca sepulchri!
Nam semper *Domini Vitaq̃, Morsq̃ manet.*
ZIEGLERUS *valeat, valeant MOESTÆq; RELICTÆ!*
HIS MARIS, atq; PATRIS MAXIMUS instar agat!

Honoris & Amoris
ergo scribeb.

Johannes Deutschmann / D.

SUmite, Leucorides, pullatæ tegmina vestis,
Ferali rursus pulpita voce sonent!
ZIEGLERIDES, Atlas Themidos, columenq; palæstræ
Occidit Aonii luxq; decusq; chori.
Sic Patrii tutela laris solidò are columna
Concidit, & summâ culmina parte tremunt.
At vereor, nobis ne funera tanta bonorum
Omina terrentis sint inimica mali.
Horreo, quam timeo prælagò corde ruinam,
Quam DEUS avertat voce animòq; precor.
Nempe ubi pila cadit magni præuncia casus,
Mox sequitur causam plena ruina suam.

Mæstus scribebat

CASPAR LÖSCHER / D.

Viximus & nostri moriemur summa laboris.
Optatam requiem, quibene vixit, ha-
bet.

festinante calamo
lugens apposuit

MICHAEL WALTHERUS, D.

1.
DAu Wittenberg ein Thränen-Haus /
Und giesse Bitter Klagen aus /
Ein helles Licht verlöscht bey dir /
Es lieget deiner Weisheit Zier:
Apollo selbst ist voller Schmerzen /
Ihm tauret dieser Fall von Herzen.

2.
Ach! daß doch die Beständigkeit
Selbst ist ein Spiegel eitler Zeit /
Daß ein Herz/so kein Ungemach/
Mit allem Ungestüm zerbrach /
Daß unbeweglich bliebe stehen /
Soll/wie ein Schatten-Werck / vergehen.

3. So

3.
So fließet denn / Ihr Thränen fließt /
Weil unser Lust die Augen schließt /
Ihr Musen weint bey diesen Grab' /
Hier liegt / der euch Ergözung gab' /
Astræa bleib bey deinem Weinen /
Denn Fall = auff Fall nimm dir die Deinen.

4.
Die Liebe / so die Schmerzen treibt /
Soll seyn den Zeiten einverleibt /
So lang ich lebe bleibt bey mir
Die Huld / so / Seeligster / von Dir
Ich für geraumer Zeit empfunden /
Noch eh' uns Amt und Glück verbunden.

5.
In dessen sey des Höchsten-Treu
Bey denen Deinen immer neu
Des grossen Gottes-Vater Huld'
Erhalte Sie stets bey Geduld /
Und lasse Sie von Trauer-Stunden
Hinführo Leben ganz entbunden.

Sein schuldiges Mitleiden gegen die Hochbetrübtte
Frau Wittib und Jungfer Tochter zu bezeugen
schrieb es.

D. Gottfried Strauß.

ZIEGLERI ad tumulum veniens Astræa recentem
Huc, ait, Ecce meum composuere Decus!
Baldus erat calamo, Cato pectore, Tullius ore;
Alter Aristides, Alter Aristoteles.

Juro per hanc dextram, per quæ mihi sacra coluntur,
Me vivò Hòc majus nil habuisse VIRO!

Hæc, supremum officium Patrono de se Optime merito præstiturus adj.

Georg. Michael Heber, D.

FLerem, si lacrymas mœror pateretur obortas,
Si sineret nimius lumina flere dolor.
Nam quid? perpetuo consortia pectora nexu
Rumpuntur, mediis scissio dura fibris!
Pergis ad æthereas (olim mea summa Voluptas,
Nunc heu! rapta mihi!) Summa Corona, domos:
Mundum relinquis: superest Tua Gloria Mundo:
Vivis & in nostro pectore, parte Tui.
Vivis, & æterno gaudes super astra sodale:
Felix, cum socius Te super astra seqvar.

Jo. Henricus Berger, D.

QVò tendis, sancti Juris Moderator & æqui,
Sol Themidos, per quem Lumina multa micant?
Eheu! Commutas vitam cum funere; multum
Inde mihi fletus atque doloris adest.
Tota Corona tuum lacrymis deplorat acerbis
Discessum, nec me lacryma mœsta fugit.
Excesit, fateor, prænobile Lumen Amici,
Ad Cujus tumulum cogit adire dolor.
Verum cum fletu nequeas revocarier ullò
In vitam, nolo fata dolere tua.
Spiritus in cœlis etenim dulcissima quæque
Percipit, atque micat perpete luce DEI.
In terris autem ZIEGLERI FAMA virebit
ILLUSTRIS, donec cuncta caduca ruant.

MICHAEL SENNERTUS, D.

D. M. S.
VIRO. SVpra. LAVDEM. POSITO.
PIETATE. PROBITATE. NVLLI.

SECVNDO.

FIDE. ANTE. OMNES.

GRAVITATE. COMITATE.

INCOMPARABIL.

NATALIBUS. CLARO.

MERITISQ; IN. OMNEM. REMP. SVMMIS.

ILLVSTRI.

CASPARI. ZIEGLERO.

GERMANIAE. PAPINIANO. CIRCVMSPECTISS.

PERINGENIOSO. SAXONVM. CVJACIO.

LITERARVM ELEGANTIORVM

KEIMHAIQI.

IVRIS. ET. AEQVI. ARCHIGVBERNO.

PATRONO. DESIDERATISSIMO.

AMICO. ARCHETYP.

H. M. F.

GEORGIVS. FRANCVS.

Scazon!

THEMIS verenda tunde pectus obpressum!

Passo capillo ASTRAEA plange jacturam

Incomparabilis VIRI, Sacerdotis

Vestri! Occidit, vah occidit decus summum,

ZIEGLERVS, Astrum SAXONVM micans clarum

Jubarq; spargens Ille in extimas oras.

HVNC

HVNC *Candor & Fides* probant ; probant cani
Argentei, omnis atq; literatura!
Severitatem comitate præclara
Adtemperabat scite: erat gravis nulli,
At æqvus omnibus. DEVM colens Sancte
Is examabat proximum : Fames auri
Sacra exfulabat inde protinus longe.
Ut in Foro Juris sacri Peritorum,
Sic in Choro Angelorum erit VIR æternus
Ut exaluminatus unio splendens!

*Q*uid vita præsens? Difficilis labor,
Edaxq; mæror, qui cruciare nos
Cessat prius non, quàm teguntur
Aggere corpora nostra terra.

*Q*uid vita cæli? Svavis amœnitas,
Qviesqve dulcis, scla per omnia
Qva durat, & nescit malorum
Innumera agmina tristis orbis.

ZIEGLERUS ergo flebilibus modis
Urgendus haud est. Sicut enim suas
Bene egit hic partes: ita illic
Perpetuâ fruitur qviete.

Animo & calamo lugenti scr.

CASPAR LYSER, D.

O Rdo & TE tangit qui existis in Ordine primus
Justitiæ Præses, Ordinis atqve Sacri?
Ordinat hæc recti primus sic Ordinis Autor:
Ordine quò fias Ordinis Ætherii!

✽(****)✽

St dann kein Recht nicht mehr und will Gewalt für Recht ergehen/
Das der Juristen Haupt so wird hinweg gerafft;
Da viele andre oft das Recht nur suchen zu verdrehen/
Hat Jeden dieses Haupt das rechte Recht geschafft.
Wie aber will dann nun das Recht Ihm selbst so entstehen/
Und hier in diesen Fall verlichren seine Krafft?
Ach nein! Es will das Recht das rechte Urthel fällen/
Und dieses Edle Haupt hin zur Versammlung stellen/
Da die Berechtigtheit selbst in der Mitten steht.
Und dabey bleibts / die Krafft des Urthels ist geneiget/
Drumb der das Recht geliebt dort Wolcken hoch ansteiget
Mit der Gerechten-Schaar / zur Universität!

*Testanda condolentia causâ
scrib.*

CHRISTIANUS Zahn /

Circ. Elect. Sax. P.

B 2

Dum

Dum JESUS moritur, mors mortis, vita piorum,
Justitiae Praeco Summus in orbe perit!
Quid: perit? Ad vitam meliorem transit, eandem
CHRISTO per mortem nunc reparante suam.
Hoc unum reprimat fletus, quos fundere fas est
Isti, qui aeternum vivere dignus erat.

Debita condolentiae ergo scrib.
CONSTANTINUS Ziegra / S. S. Tb. D. Phys. P. P.
p. t. Decanus & Ordin' sui Senior

Wenn hohe Wissenschaft und Tugend könte binden
Des Todes Grausamkeit / so würde man nicht finden
In der Verstorbenen Zahl den Höchst berühmten Mann /
Den Niemand nach Gebühr genugsam Loben kan.
Der Höchste tröste Sie / D hochbetrübt' Herzen /
Die Ihr verspüret jetzt ganz ungemeyne Schmerzen
Bey diesen Trauer-Fall? Er geb / daß süsse Freud /
Nach Wunsch erfolgen mög' auff dieses grosse Leid?

Georg Heber / B.

Siccine ad ingentes Academia nostra Cupressos
Mista est? ZIEGLERI dum funera luget acerba.
Illius, quem fama canit, quem tradere fastis
Non dubitat, totiqve insignem ostendere mundo,
Gloria ZIEGLERI dudum super aethera nomen
Se extulit; Et centum lingvas, centum ora fatigans
Contempsit titulos numerosumqve agmen honorum.
ZIEGLERUM aetherae calfecit gratia flammæ,
Si vel scribendo, vel agendo, oracula juris,
Noctibus ad vigilem totis sudata lucernam,
Redderet; haud fregere Senem pro jure labores:
Nunc Legum griphos, operosas, symbola, nugas
Ridet; & aeternum sacro sancto Numine gaudet.

Tanti Viri obitum acerbè lugens.
scrib.

GEORGIUS CASPAR KIRCHMAJERUS.

Siccine, Leucorei fuerat qui gloria Pindi,
Protinus excultas deserit ille domos?
Qui fines justis noscebat, & omnia jura
Eloquio digno reddere qui poterat?
Alma Themis magno spoliata est namqve Patrono,
Quem gregis ipsa sui noverat esse patrem:
Induit hinc luctum merito dexterrimus ordo,
Omnis & in lacrymas, qui cupit esse bonus,
Solvitur. Ille tamen superas translatus in aedes,
Aeternum meritâ sorte beatus erit.
Nos etiam laudes longum fundemus in ævum,
Jam tumulum lauro cingere ritè libet.

Συμπραδείας contestandæ ergo posuit
MICHAEL Strauch /
Superior. Mathem. P. P.
Occi.

Occidit ingenii monumentis usque superstes
ZIEGLERUS, seculi gloria, norma fori.
Qui semel haud unquam leges violasse putatur,
Communis voluit legis obire vicem.
Nunc aliàs lustra terras, Themis, tunc bene nosces,
Quantum in ZIEGLERO res tua perdiderit.

VIRI summi conturbatus obitu
f.

Christianus Röbrensee / P.P.

V Ah perit custos legum servator & æqui,
Non prece, ZIEGLERUS, flexilis aut pretio.
Jure peritorum queritur speciosa corona
Grande decus demptum, judiciumq; sagax.
Ægre ZIEGLERUM mittit quoq; Principis Aula,
Cui bene partus erat consiliantis honos.
Ast sceleris purum tristes sentire dolores
Amplius haut decuit, sic moderante Deo.
Ergo decedat, morbis exhaustus & annis,
Promeruit requiem, langvida membra levet.

Observantiam testaturus

f.

CHRISTIANUS DONATI, P.P.

L Legendum est iterum Witeberga Tibi, & quoque causa est
Sontica, nam Pindi Splendida stella Tui
Occidit heu tantus Princeps Themidosque Sacerdos
Quantum vix hodie reddere secula valent.
Credo, redemisses adeo tristissima Fata
Argento, argento si redimenda forent.
Sed nunc ingeminas Lessum renovasque querelas,
Semper ad Exequias officiosa novas.
Parce tamen lacrymis, nil, quamvis saucia fletu
Proficis, ad nutum res cadit ista Dei.
Nosti, ZIEGLERI jam tum pernicibus alis
Nomen Germanas pervoluisse plagas,
Ut nusquam lateat, nullo moriatur in aëvo,
Quamvis in cinerem corpore totus eat.
Ipse Deus Sanet, quæ fecit Vulnera tandem,
Et Domui atque Urbi reddat amœna, precor.

In communi omnium luctu
l. apposuit.

Christianus Vater / D.

Q Vid? Loqvar, an fileam tanti cum Funera Sancti
Sunt deflenda mihi? Sed utrumque negare videntur
Et Dolor & Pietas & tot monumenta Beati.
Iusta tamen, cum iussa, dabit mea Musa, querelas,
Fundere cum nequeat bene lotis carmina labris,
Solvens, nam genium dolor hic excludit & artem.
Occubuit Magnum seclorum Nomen & Atlas,
ZIEGLERUS, nostri non infima Gloria Pindi,

C

Quem

Quem Pietas raptum plorat, Themis alma gemiscit,
Nostra Lycea fremunt, Soboles orbata Parente
Clamat, & Uxor amans blando viduata Marito.
Hisce meas tantum lacrymis communibus addam,
Cum notas nequeam ZIEGLERI dicere laudes!

Condolentiae causa adscribetur

CHRISTIANUS HARTMANNUS LEDERERUS, D

Lugent certatim Patria & Pindus, Themis atque
Europæ orchestræ ZIEGLERI, Papiniani
Saxonici, mortem: Deplorant nunc cecidisse
Eximium nostræ Patriæ Decus atque Columnam
Justitiæ: Verum dolor absit: Candida Virtus
Morte perit nunquam: Hinc verba hæc inscribimus æri:
ZIEGLERI vitam Virtus jubet esse perennem.

Johannes Carolus Nævius, D.

Incipe lugubres mecum mea tibia versus,
Incipe luctisonum dicere Musa melos.
Noster enim ZIEGLERUS amor, nostriq; columna,
Ordinis extremum clausit in orbe diem.
Hinc & in intonsis ululantes montibus errant
Innupti Tryadum Pieridumq; chori.
Pars infelices divellit falce cupressus,
Saxea delubro pars monumenta locat.
Quin agite exuvias tumulo deponite tristes
Et super imposito marmore; tale melos:
Carminibus ZIEGLERUS ego super æthera notus
Egregioque tamen non minor ore fui.
Consilio senioq; gravis, venerandus in aula
Judicii præco, Justitiæq; fui.
Me vivo viguit Pietas, Candorq; Fidesq;
Visa fuit Pallas me moriente mori.

*In honoris & doloris symbolum
apposuit*

Michael Balthasar Hildebrand, D.

Sic mors seva furit, sic Pallida funera calcat,
Atq; pari quavis Corpora falce metit.
O nunquam eriperet, summi quos vivida Virtus
Pectoris, & Clari Nominis umbo tegit!
Ast aliud Magni dolor! edocet Urna Patroni,
Ætas quem præsens posteritasq; colet.
O decus! O precibus cupidi Lux magna Lycei,
Summe VIR, ô Themidos Gloria, Lumen, Honos!
Tu dulcis quondam rerum Tutela mearum,
O Spes; ô fulcrum, præsidiumq; meum!
Nestoreum certè; nobis optantibus, ævum,
Si quid vota valent vincere, dignus eras.
Sed tamen heu durum Cervix premit alta feretrum,
Nec valuit Virtus, nec pia vota valent.

Te

*Te vocat ad Cælum mors: Et quem iusserat, inquit,
Alma Themis Mundo vivere, vive Deo.
Flebilis hoc addam: Terras Astræa relinquit,
Ac Pietas Cælum, Regna beata, petit.*

JOHANNES Ehrenfried MAYERUS,
J. U. D.

FUnera funeribus cumulantur: Docta Corona
Albiacæ Gentis vulnera mille capit.
Sic furibunda furit mors, sic durissima fata
Nostræ Leucoridos Lumina magna necant.
Occubuit fati MAGNUS ZIEGLERUS, in orbe
Nostro Justitiæ Solq; Decus ruunt.
Ergo prosequimur Defuncti funera fletu,
Quamvis hinc lacrimis terminus esse queat.
Dummodo spectemus, quod molliter ossa quiescant,
Sentiat ac animus gaudia Dia Poli.

JO. ZACHARIAS KRAUSE, D.

Swehrtes Wittenberg / wo bleiben deine Lehrer?
Mein LEYER ist dahin / der GROSSE ZIE-
GLER stirbt!

Und also gehen ab dir deine Ruhms Vermehrer?
Wenn schmerzt es nicht / wenn auch ein guter Baum
verdirbt?

Gott tröste / so betrübt durch diese Fälle worden /
Ergänze diesen Riß durch theure Häupter hier /
Und lasse blühen stets den Edlen Themis-Orden /
So wird Gerechtigkeit Frucht bringen für und für.

Dieses setze Mitleidend hinzu.

D. Gottfried Leonhart Brodtkorb /
Curia Elect. Advoc. Ordinar.

Soll ich / Ziegler Deinem Tod' ist auch Trauer-Worte sehen?
Lass ich alles andre mir außer diesem seyn beliebt;
Denn Er war ja Wittenbergs und des ganzen Lands Ergehen /
Das mit tieffen Seuffzen ist sein Erkänntniß von sich giebt.
Mag man gleich nicht weiter gehn / wie ein jeder kan ermessen /
Der mit Flor sich hat umbhüllt und beklagt den Werthen Mann /
Den Gott Wittenberg gegönt; Bleibt Er dennoch unvergessen
Wittenberg / daß Sein Verdienst nicht nach Würden rühmen
kan.

Gottfried SVEVUS, D.
Consult. Eccles. & Academ. Witteb.
Protonotarius.

Quò ZIEGLERE fugis celeberrime? Quo tua fata
TE rapiunt? Letho nos trahis ipse tuò.
Curia, sancta Dice, candor, Pietasq; Fidesq;
Et Musæ, & cives funera tanta dolent.

C 2

Et

Et quidni doleant? Dum tanto Atlante cadente
Exitium meritò non procul esse timent.
Structuræ interitus sequitur labente columnâ:
Sic mortem Magni tristia fata viri.

JO. CASPAR Brendel / D.

L Abitur invitus per tristia funera mortis,
Qvi mundi tenebras divitiasque colit,
Nectar & Ambrosiam qvi vero qværit in arce
Sidereâ cœli, cuncta caduca fugit.
ZIEGLERUS, toto qvi clarus habetur in orbe,
Effugiens tenebras, optima tecta petit.
O via ter felix! Multo felicior ille,
Qvem comitaris in hac, sancte JEHOVA, viâ.

scribeb.

F. Clinge, D.

W Er walzt uns ab den Stein! Dis seyn die Kummer-Sorgen
Der frommen Weiber jetzt/ geführt bey frühen Morgen/
Als Sie zur Grabes-Höl mit Hände-riugen geh'n/
Von Thränen laß und matt/ und ganz entherket seh'n/
Betrachtend wie der HERR erblast am Creuz gehangen/
Als mit dem Tod Er rang/ mit Höllen-Schmerz umbfangen/
Da geht das Wimmern an/ ein Ach das ander stoß't/
Ein Weh das and're treibt/ biß Sie ein Engel tröst/
Ihr Weiber/ sagende/ wem sucht ihr so mit sehnen?
Ach halt die Seuffzer auff/ ach hemmt die Silber-Thränen.
Es ist der JESUS-Held entgangen aller Noth.
Und schwingt die Sieges-Fahn jetzt über Höll und Tod.
Wer walzet Mit den Stein von meiner Leibes-Höle!
Hör Ich hier gleichen Thon/ ach schaut wie ich mich quäle!
O Schmerzens-voller Stein/ der alle Kräfte erstickt/
O Übergrosser Stein/ der in die Erd Mich drückt/
Wer walzt den Creuzes-Stein von der Frau Witt'ben Herken/
Der tausend Ach auspreßt/ und reget blut'ge Schmerzen?
Mein Ziegler ist dahin! klagt Sie/ betrübt das Haus
Der Pfeiler ist entzwey/ ach/ Meine Freud ist aus!
Doch laß! intseht Euch nicht/ weg mit den Trauer-Jammer/
Rufft Ihr ein Engel zu aus Liebsten Grabe-Kammer.
Der Stein ist abgewälzt/ des Himmels Liebligheit
Hat schon der Schmerz verschmerzt/ druub leget weg das Leid!
Aus diesen harten Stein ist allbereit bereitet
Ein lichter Edelstein so hellen Glanz ausspreitet
An Zieglers Ehren-Cron/ die JESUS nimmt in acht.
Der nehmt auch mich zu sich/ wann ich geb gute Nacht!

Christian Warlik / D.

L Etantes inter populos & signa triumphi
Nuntia cœlestis nos doluisse juvat!
Miraris? Si gaudia nostra hoc limite clausa
ZIEGLERI, adluctum, sanus & urna vocat?

Præ-

Præsidium publicumqve decus Virtutis & æqui
Occidit; heu cunctis ferre paratus opem!
Illius ad tumulum flent hinc sua funera Muxæ:
Huic fato infelix ingemit ipsa Themis!

P. G. SPERLING, D.

AH moritur ZIEGLER! Themidos qui Præfulis ampla
Munia sustinuit: Molliter ossa cubent!
Vivere dignus erat ZIEGLERUS Nestoris annos:
In Christo vivit, gaudia sancta tenet.

Andreas Barthius, L.

ZIEGLERUS periit Pylis dignissimus annis,
Pierii cecidit gloria quanta chori!
Quem Candor, quem prisca fides, & nescia fraudis
Vita dolent cassum luce jacere solo.
Extinctum lugens Academia, scissa capillos;
Dimidium queritur cordis abesse sui.
Saxonis hunc etiam prælusitor aula, citato,
Incusans munes voce, fuisse dolet.
Quid moror? uno omnes inclamant ore, potentum
Et querulos edit cum grege turba sonos,
Parcite mortales, lacrumarum parcite rivis;
Qui potuit Themidos gloria tanta mori?
In meliore viret nunc parte, vigetq; superstes,
Quam liquit, vitam non moriturus habet.
Non licuit vivo dulcem gustare quietem,
Mortuus in rutila quam statione tenet;
Salve sancte Senex, salve incola maxime cæli!
Perpetuum salve perpetuumq; vale!

Debita pietate ductus
posuit

F. A. Luedeke, L.

In Illustris ZIEGLERI tumulum!

ÆMulus Ulpiani, seculi hujus Papinianus,
Delicium Themidos, clauditur hæc tumulo.
Clauditur hic corpus, volitat vaga fama per orbem,
Æthereisq; bonis mens pia perfruitur.

Michael Gothofredus Ziegra /
Medic. Licent.

Im Rahmen Jesu Christi!

S O muß nun abermahl ein grosses Liecht verschwin-
den /

Wer kan hier Gottes Rhat / warumb Ers thut/erfinden?

Jedoch ist dieses hier zu nehmen wohl in acht /

Daß solcher Leute Todt viel gutes nie gebracht.

D

Allein

Allein was kan man thnn? Wir müssen halten stille /
Und deucken was Gott thu' / daß das sein guter Wille/
Der weiß am besten doch / was uns ist nütz und gut/
Und hält / die Ihm vertraun / in seiner Gnaden-Hut.
Der weiß auch diesen Riß am besten zu ersetzen /
Und Die dadurch betrübt wohl wieder zu ergetzen
Mit seiner Hülf und Trost und was sonst mangelt
mehr

Zu ihren besten Ruz und seines Nahmens Ehr.
Denn wir in allesamt dem Tode untergeben /
Und weiß es keiner nicht / wie lange er werde leben/
Und mancher der da meint / er habe noch viel Jahr
Zu leben / unverhofft kömmt auff der Todten-Bahr.
Drümb weñ wirs hin und her beym Liechte recht besehen/
So ist dem Seel'gen Mann sehr gut und wohl ge-
sehen/

Weil seine Schmerzen Ihn vom Stein sehr oft ge-
plagt /

Und biß in seinen Tod darüber stets geklagt.
Nun hat die Marterwoch bey Ihn ein End' genommen/
Nun wird die Oster-Woch darauff mit Freuden kömen/
Der Grüne Donnerstag verkürzt Ihn seine
Dvaal/

Daß Er nun Ostern hat in Gottes Freuden-Saal.
Dem Seelig Verstorbenen zu Ehren und den Hinterbliebenen
zum Trost mitleidend aufgesetzt von

M. JOHANNE FABRICIO,
Bey der Pfarr-Kirchen alhier
ARCHI-DIAONO.

S D hat der Werthe Mann auch Abschied hier genommen/
S Gleich da die Freuden-Zeit der frohen Ostern kommen!
Er war wohl lange Zeit ein rechter Schmerzens-Mann/
Der nach vollbrachter Angst sich nun erfreuen kan.
Die Marter-Woch ist aus / nun kommen Freuden-Tage/
Er weiß von keinem Schmerz noch einger Jammer-Klage.
Wohl dem der seine Noth also verwechseln kann/
Der bleibet ungefränckt / und ist ein Freuden-Mann.

Dem Wohlseeligen Herrn ORDINARIO schriebs
zu letzten schuldigsten Ehren

M. Johannes Hartung,

O durum fatum! ZIEGLERUS morte peremptus!
Nil valere preces, vota que nostra nihil.
MOESTÆ, Vobiscum communem sentio luctum,
Patronum cogor plangere, Vosque Patrem.
Quantum ZIEGLERI lædat mors pectora Vestri,
Hæc fata cum lacrymis litera testis erit

Mar. atque Observ. pleni

M. G. SCHIMMERI,

DIAC.

Interpres Legum ZIEGLER super æthera notus
Jura subit, legis, quam violare nefas.
Quid mirum, Domino, quod præstat sponte vocanti
Obsequium? cujus plurima jura dabat.
Ereptum Pindo lugent, pia turba, Camœna,
Ereptum plorat gens peregrina sibi.
Unica solatur mœstos spes, unica cunctis
Abstergit lacrymas, queis maduere genæ.
Vivit post mortem, cujus post funera vivunt
Nescia scripta mori, nescia fama mori.

f.

M. JOHAN. BAPT. RÖSCHELIUS,
Fac. Phil. Adjunct.

Heu! quantum rursus pateris, mea Patria, vulnus!
ZIEGLERUS moritur, quem vocitasse sat est.
ZIEGLERUS, summus Legum Canonumque Sacerdos,
Orbis delictum, presidiumque Tui.
Quis tanta poterit medicamina condere cladi?
Is, qui cuncta potest, Faxit id! opto, DEUS.

testand. condolent. scribeb.

M. GEORGIUS DAVID Ziegra /
Ord. Phil. Adjunctus.

Dum Sol Justitiæ letho sua Lumina claudit,
Tu quoque Fax æqui clara, Patrone, cadis.
Te beat æthereus sancto de Numine splendor,
Fama hic magnificum fert super astra Decus:
Nostra sed obscurâ tanguntur limina nocte,
Ipsa abit in tenebras per tua busta dies!

*Incomparabilis ZIEGLERI,
Merita cum nulla exprimere dignè possint, brevè
metro adumbrabat*

M. NATHANAEL Falck / Gedan.
Fac. Phil. Adjunctus.

Stecine mors iterum nostras conturbat Athenas,
Festos quum fas est concelebrare dies?
Sic est! Nam Magnus cecidit ZIEGLERUS, id orbis
Nostræ Saxonici Teutonicive Decus;

D 2

Wör 1477

*Nōrunt hoc Britones, celebrant Galliꝝ superbi,
Quis sua sunt cura, nec peregrina placent.
Sed ne turbemur, cælo mens sancta triumphat,
In terris vivit nescia fama mori.*

M. TOBIAS Eckhard/Fac. Pb. Ad.

ZIEGLERUM tenui nunc non metire sepulchro!
Non patitur similes gloria tanta VIRI.

*M. JOH. FRID. ERNESTI,
Fac. Phil. Adj.*

Olata Christi Verba Hominis Dei,
Quibus latronem commoriens Crucis.
In Stirpe compellat: *Beatus*
Ætheris arva hodiè tenebis.

ZIEGLERE cum JESU simul occidis,
Et regna cælestis Patriæ subis.
O Faustus & centum Beatus!

Quem Deus alloquitur serenus:
Mi serve multis presse periculis
Mecum poli incedas hodiè domum.
Sic morte Justi defecantur,
Et placidè in tumulis quiescunt.

*M. Abrab. Henricus Deutschmannus,
Fac. Phil. Adjunctus.*

Madrigal!

Hier liegt der Edle Grenß /
Herr Ziegler / welchen Ost und Westen kennet /
Und was nur Rechts-Gelehrt sich nennet.
Der Rom / Athen / und andre Wissenschaft
Im höchsten Grad durchsucht / gelehrt / geschrieben!
Astræns Ruhm und Wittenberges Preys /
Den hat der Todt mit siebzig hingerafft;
Doch nur den Leib / der Ruhm ist ewig blieben.
Den Silber Schnee der frommen Haare
Bekrönt der Ewigkeiten Gold /
Er war Gott und Thur-Sachsen Treu und Hold.
Wie hat Dich / Wittenberg / der Fall getroffen /
Dieweil ein ander Ziegler nicht zu hoffen!
Der dieses Lied nach Welscher Art erdacht /
Soll auch darmit Der Ewig seyn gemacht!

Dem unvergleichlichen Mann zu schuldigsten Ehren / der
Hochädl. Freundschaft zu gebührendem respect, hat seinen
Wehmuth über diesen grossen Fall sollen
hiermit bezeugen

Georg Friedrich Franck /
Med. Cult.



Gaben
haben
mels-
und der Frau
Seelig
off / ped.
et /
als sehr be
er Mann
ethan.
Adj.
amore
s eris.
demus:
n.
s adjecti
Hung.
oras,
it.
quit;
Quo
nertus,
eris,
ter.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



Mag. VI 9

[= Occasionalia vol. 3
= Funeralia S - Z]

VD17



NENIÆ SEPULCHRALES

QVIBUS

VIRUM

MAGNIFICUM ATQVE EXCELLENTISSIMUM,

DOMINUM

CASPAREM ZIE-

GLERUM,

JURIS CONSULTUM

CELEBERRIMUM,

SERENISSIMI ELECTORIS

SAXONIÆ IN SUPREMO APPELLA-

TIONUM JUDICIO, CONSILIARIUM,

DECRETALIUM P. P., CURIÆ ELECTO-

RALIS, CONSISTORII ECCLESIASTICI
NEC NON SCABINATUS ASSESSOREM,

ATQVE FACULTATIS JURIDI-

CÆ ORDINARIUM LONGE

MERITISSIMUM.

AD DIEM XXI. APRIL. M. DC. XC.

IN TEMPLO ARCIS

SOLENNI EXEQVIARUM CULTU

HUMATUM

